

Cartulaire de l'Abbaye de Redon en Bretagne: [832–1124], Nr. 56

Haec carta indicat atque conservat qualiter inquisivit Conuuoion abbas Juduallori clericum de alode Botiuduallon, quem dederat avuncnlus suus Buduuoret, presbyter, Sancto Salvatori in Rotono, et deprecatus Iuduallon Conuuion abbatem ut non tolleret ipsum alodum, sed censem ex eo acciperet quod voluisset per singulos annos. Factum est sic, et dedit Iuduallon duos fideiuissores, hi sunt: Loieshoiarn, Catbud, prima vice. Factum est hoc ante aecclesiam Carantoer, .III. feria, coram Leuhemel preposito, coram his testibus: Uuruuocon, presbyter; Haeluualoe, presbyter, testis; Uuoretan, testis; Uuetenuoret, testis; Maen; Anauuoret, testis; Benitoe, testis; Rathoiarn, testis; Catnimet, testis; Glur, testis; Kintuuocon, testis; Dosaruu, testis; Groekin, testis; Hirdhoiam, testis. Factum est hoc .III. feria, regnante Karolo, dominante Salomone Brittanniam, anno .VIII. regni eius.